



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui in necessitatis tempore, & poenitentiam, & reconciliationem
desiderant. iiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

R MAG
da sit
timis pos.
quām tem.
Cūm co-
Cūm ergo
is tempore
lli se obli-
o oles
ua scriptur
os Ecclesi-
aine domi-
apostoli in
confuetudo
resbyteri
oresbyters
d, vt Iusti-
is vti lice-
ndo. Quod
Nam quod
ne domini
rmum, or-
peccatis si-
n facta, io-
Vnde Ap-
ercipere
beccilles, &
e hec pra-
orde cade-
ur eis. Ne
at dimini-
um peccata
mitate
I.
tetur per-
ilietur, et
cedidetis,

DE VISITA. INFIR. DEC. LIB. XVIII. 256

secundum qualitatem delicti, & secundum canonum statuta, & pœnitentialium probatorum pœnitentia.

De illis qui in necessitatibus temporis, & pœnitentiæ, & reconciliationem desiderant. Cap. IIII

H Is autem qui in tempore necessitatis & in periculis Ex decr.
H yrgeante instantia, præsidium pœnitentiæ, & mox re- Leonis pa
conciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, pæ, ca. 9.
nec reconciliationis deneganda: quia misericordia domini,
nec mœsuras possimus ponere, nec tempora definire: apud
quem nullas patitur venire moras conuersio, dicente domi-
no per prophetam: Cūm conuersus ingemueris, tunc saluus
eris. Et alibi: Dic iniquitates tuas prior, vt iustificeris. Item:
Quia apud dominum misericordia est, & copiosa apud eum
redemptio. In dispensandis itaque Dei donis non debemus
esse difficiles, nec se accusantium gemitus, lachrymasque
negligere cūm ipsam pœnitendi afflictionem, ex Dei cre-
damus inspiratione concessam, dicente Apostolo: Ne forte
det illis deus pœnitentiam vt resipiscant à diaboli laqueis,
à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.

De eadem re. Cap. V.

E Thoc quæsitum est, quod de his obseruare oporteat, Ex decr.
E qui post baptismum omni tempore incontinentiae vo- Innocetii
luptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ pœnitentiam si- pa. ca. 22
mul & reconciliationem communionis exposunt. De his
obseruatio prior durior, posterior inuteruente miseri-
cordia inclinatior est. Nā consuetudo prior tenuit, vt con-
cederetur eis pœnitentia, sed cōmunio negaretur. Nam cūm
illis temporibus crebræ persequitiones essent, ne commu-
nionis concessa facilitas homines de reconciliatione lecu-
ros, non renocaret à lapsi, merito negata communio est,
concessa pœnitentia: ne totum penitus negaretur, & du-
riorem remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam do-
minus noster pacem Ecclesiæ suis reddidit, iam terrore de-
pulso, communionem dari abeuntibus placuit, & propter
misericordiam, quasi viaticum profecturis, & ne Nouatia-
ni hæretici, negantis vetiam, asperitatem & duritiam sub-
sequi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema
communio: vt homines huiusmodi, vel in supremis suis
permittente salvatore nostro, à perpetuo exitio vindicetur.